

Aduertencias para

Guardianatus solum conceditur eis a^{ctiue},
vt dictum est, & eorum Vicarij solum habent
q̄ eorum Guardianis ex officij Guardianatus
concessum est, & quomodo concessum
est. s. a^{ctiue} tantum: Prouinciæ autem pos-
sunt in suis Capitulis statuere q̄ etiam pas-
sive committatur prædicta auctoritas Guar-
dianis tantum, non autem eorum Vicarijs vt
videtur consuetum in Prouinciæ Castellæ.

- 4 ¶ Tertio notat, q̄ Guardiani & multo
minus eorum Vicarij prædictam auctori-
tem ipsis ex vi sui officij commissam per Mi-
nistros Prouinciales nõ possunt committere
alijs Fratibus, vt absoluat, vel dispensent
&c. nisi eis specialiter concedatur. Ratio,
quia Commissarius particularis non potest
alijs committere secundum ius: vt potest vi-
deri apud Summistas, tit. Confessio. tit. Vica-
rius. tit. Commissarius. tit. Delegatus: q̄ si eis
conceditur quod possint committere: pos-
sunt & similiter eorum Vicarii committe-
re alijs, sicut & sui guardiani, & hoc si ipsi
à guardianis prædicta auctoritas commit-
tendi alijs erat concessa, etiam ex vi sui of-
ficii guardianatus. Nam si solum particula-
riter, vt personę particulari est eis conces-
sum